



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Et l. 21. c. 27. de ciuitate Dei contra eos disputat, quise dignos fructus pœnitentiæ agere putabant, si in sceleribus permanentes facerent elemosynas.

VERSUS 9.

Et ne velitis dicere intra vos Patrem habemus Abraham: Dico enim vobis quoniam potens est Deus, de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arborum posita est.

QVÆSTIO I.

Quomodo Deus de lapidibus possit suscitare filios Abraham?

S. I. De erroribus Phariseorum eos à salute rethabant. Postquam enim scelerum suorum conuicti, in conscientia nihil prædicii inueniebant, more veterum dicebant: Templum Domini, templum Domini, in proauos, & fœdes cum patribus ictum omnia reiciebant. Inde securitatem sibi, impunitatemque imaginabantur. Alter ex hoc sequebatur; aliam uero scilicet gentium contemptus. Ioannes uerumque oppugnat. Nam Patrem Abrahamum ait nihil illis prodesse, nisi eius insistant vestigiis. Vnde August. in Psal. 46. Illi se dicebant filios Abraham, & ipse eos dicebat filios viperarum. Non enim omnes Israhelitæ, qui ex Israhel, ut Apost. Rom. 2. & Aug. Psal. 73.

Ne vero existimarent Deo populum defuturum, nec gentes ad pœnitentiam admittendas ait, Deum posse de istis lapidibus suscitare filios Abraham, & c. qui scilicet fidei Abraham amplectantur. In Græco non sine dñi rōdē dicitur, δὴν αὐτοῦ ὁ θεὸς καὶ ἐκ τῶν λίθων τῶν τῆς ἐγγείας. Potest Deus & ex lapidibus istis.

S. 2. Tertullianus contra Hermogenem ex hoc loco argumentatur, cap. 12. qui immutabiles animas si fēbat. Quæ enim male deputantur, secundum mali statum computantur. Age nunc malum ac pessimam credamus esse materiam vitæ, naturæ: sicut Deum bonum & optimam credimus proinde naturæ. Porro naturam certam & fixam haberi oportebit tam in malo perseuerantem apud materiam, quam in bono apud Deum inconvertibilem & immutabilem. Scilicet quæ si demutabitur natura in materiam, de malo in bonum demutari poterit. & in Deo de bono in malum. Hoc loco dicit aliquis: Ergo de lapidibus filij Abraham non suscitabuntur, & gemina viperarum non facient pœnitentiæ fructum, & filij ira non sient filij pacis; si natura mutabilis non erit. Temere ad ista exempla respiciet homo! non enim competunt ad causam materiam, quæ immutata est, ea quæ nata sunt, lapides & vipere, & homines. Horum enim natura habendo institutionem, habere poterit & cessationem. Materiam uero tene semel æternam determinatam, ut insectam, ut innatam: & ideo indemutabilis & incorruptibilis natura credendam, ex ipsius etiam sententiâ Hermogenis, quam opponit cum Deum negat ex semetipso facere potuisse: quia non demutetur quod sit æternum, amissurum scilicet quod fuerat, dum sit ex demutatione quod non erat si non esset æternum. Dominum uero aliud esse non posse, quam quod semper.

Optime sane concludit, si Deus materiam faciendo mutatus amittit, quod habuit, etiam mutando filios viperæ in filios Abraham eandem fore mutationem. Ex hac enim insania progressi sunt, ut naturas rerum putarent non posse mutari. Philosophiæ & sensibus omnibus ex æquo aduersi.

Et clarius de anima cap. 21. Idem enim inconvertibilem.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

negant naturam, ut Trinitatem suam in singulis proprietatibus Naturas figant: quia arbor bona malos non ferat fructus, nec mala bonos, & nemo de spinis metat ficos, & de tribulis uias. Ergo si ita est, neq. de lapidibus filios Abraham suscitare poterit Deus, nec gemina viperarum facere pœnitentiæ fructus. Et errauit Apostolus scribens. Eratis & vos aliquando tenebrae, & sumus & nos aliquando natura filij iræ, & in his vos quoque fuistis, sed abluti estis. Sed nunquam discordabunt sententiæ sanctæ. Non dabit enim arbor mala bonos fructus, si non inseratur: & bona malos dabit, si non colatur. Et lapides filij Abraham sient, si in fidem Abraham inserantur. Et gemina viperarum fructum pœnitentiæ facient, si uenena malignitatis expuerint. Hæc erit vis gratiæ, potentior vitæ, natura, habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrij potestatem, quod dicitur & scitur dicitur. quæ cum sit Liberum & ipsa naturalis atq. mutabilis, quoquo uertitur, natura conuertitur. Inesse autem nobis τὸ ἀντὶ ἑσῶτος naturaliter, iam agnoscit & Marcioni ostendimus & Hermogeni.

Imo Hermogenes Deum in materiam posse aliquid negabat. ut est apud Tertull. cap. 37. aduers. Hermogenem. Atq. si mala natura fuisset, quare non potuerit à Deo conuerti, ut apotentiore, ut ab eo qui lapidum quoque naturam conuerti valeat in filios Abraham? Nempe ergo non tantum comparat Dominum materiæ sed & subiectis à quo natura materie deinceps & edomari in melius non potuisset.

Ita cum his hominum monitis iam in veteri Eccl. sua luctati sunt. Nostri de arbitrio eadem reficiant hæretici. Consecuti sunt hæreticos illos deinde Philosopheri, qui magno conatu, seu mundi, seu materiæ æternitatem asseruerunt, quos contra veterum, recentiorumque accuratissimæ disputationes in manibus versantur.

S. 3. Eisdem ex uerbis liberum Dei arbitrium contra Caluinum orthodoxi tractatores ostendunt: ut Deus liber Bellarm. lib. 3. de gratia & lib. arb. c. 16. Caluinus enim non est. Deum aliud non posse facere, quam quod fecit, & facit, aut facturus est, docet. At uero potuit de lapidibus illis facere filios Abraham; non fecit tamen quod potuit, sed nec facturus est. Ad facta igitur eius potentia restringi non debet. Porro inane est quod Pareus eodem loco Bellarmino obiicit. Posse quidem Deum; si potentiam spectes, at nolle. Ideo non posse. Non enim ita Caluinus defenditur, sed uerbis ludatur Spiritus sanctus. Non enim quisquam dixerit: Deum posse quicquam contra uoluntatem facere. Sed posse facere, quod iam non uult facere, si uoluerit facere, quod nolēbat. Sic sane in sensu composito (ut uocant) non potest facere, si non potest: quod decreuit non facere, manet enim decretum irreuocabile. Caluinus autem de potentia Dei absoluta sermonem facit.

S. 4. Plerique fere nouatorum nobis & hoc impōnunt, nos fiduciā patrum, & maiorum gloriari. Verum id facimus rectissime, cum nostram & illorum fidem eandem esse ostendimus, cum ab illis nouatores discessionem fecisse demonstramus: cum gaudemus in nostro consorcio tot myriadas martyrum, confessorumque inueniri. Nec tamen ignoramus non eos dici filios sanctorum, qui loca eorum obtinent, sed qui uirtutes imitantur. Inter hos maxime Erasmus Sacerius insurgit: Nihil adiunat Abraham suos, nec ergo Augustinus suos.

Nobis è contrariis constat propter Abrahamum seruum suum, Deum multa contulisse filiis Israhel, idq. Scripturæ teste. Verum id nunc extra aliam est. Aduersari ratio stulta est. Etsi enim Abraham abdicat filios sceleratos, gemina viperarum, quibus ueritas testimonium dat, ex Patre Diabolo eos esse: noti ideo tamen non prodest filiis genuinis ex Abraham esse; nam & Deus improbos primum deferendo, deinde cruciando punit; nec ideo tamen non prodest bonis.

Abdicato non profuit paternæ opes, sed hæredi.

E VERSVS

Naturas
immutabi-
les fingunt
Hermogeni-
ani.

Tertullia-
nus.

Caluino
non est.

Deus quod
non uult;
ex hypothe-
si non po-
test:

De patribus
gloriamur
eorum te-
nendo fidē:

Multa Deus
confert suis
propter Pa-
trē: